Confirmatio

Sigismundus etc. Significamus etc.

Oblatas nobis esse varine Dedicatarum Virginum Conventus Monialium ordinis Sancti Bernardi in Stradomia extra muros civitatis nostrae Crac[oviensis] lit[eras] infrascriptas Sigillo Civitatis nostrae Cracovien[sis] munitas certum testimonium de ordinatione bonorum Dedicatae olim Elisabethae Czarpeschanka [?] Monialis eiusdem conventus tempore pestis iuxta consuetudinem recepta et plebiscitum eiusdem civitatis facta in se continen[tes] sanas salvas omniq[ue] suspicione carentes. Supplicatumq[ue] nobis est ut eas auth[oritat]e nostra Regia approbare et confirmare dignaremur quarum quidem literarum tenor talis est. Tenor sequenda etc. Nos itaq[ue] supplicationi p[rae]dictae benigne annuen[tes] literas p[rae]insertas atq[ue] adeo ordinationem p[rae]fatam [illegible] in omnibus punctis clausulis et articulis approban[dam] et confirman[dam] esse duximus approbamusq[ue] et confirmamus praesentibus defectus omnes si qui forte ex iuris rigore propterea non servatas solennitates iuris quae tempore acerrimae pestis, sub quo ea ordinatio facta est rite servari non potuerunt eidem obiici possent annuemus eosq[ue] ex plenitudine authoritatis nostrae Regiae supplemus. Bona insuper p[rae]dicta virtute eiusdem ordinationis ad Conventum p[rae]dictum spectantia ex iurisditione Civili eximimus libertatibusq[ue] et immunitatibus omnibus Ecclesiasticis quibus Monasteria mendicantium in Regno nostro gaudent, ascribimus adiungimus et incorporamus eademq[ue] ab omnibus oneribus et quibuscunq[ue] exactionibus tam civilibus quam nostris Regalibus quamdiu in possessione earundem Virginum fuerint absolvimus et liberamus. Mandantes omnibus in universum Magistratibus et officiis Civitatis n[ost]rae Crac[oviensis], ut eadem bona pro bonis spiritualibus habeant dictasq[ue] Virgines in possessione eorum pacifica conservent et ab aliis conservari curent. In quorum omnium fidem et testimonium sigillum nostrum praesen[tibus] literis manu propria nostra subscriptis est appressum.

Mandatum ad Cons. Crac.

Sigismundus etc.

Nobilibus Famatis Advocato et Scabinis Civitatis n[ost]rae